

strum (1) atque dominam Marinam Ducissam nostram (*affinchè eseguiscono la sua volontà*). Volumus tamen quod si ϵ Marcus Dandolo tempore obitus nostri non esset Venetiis, quod Stefanus socius noster remaneat commissarius loco eius, quousque veniret Venetias (2). Volumus etiam quod predicti commissarii nostri videlicet ϵ Marcus aut ϵ Fantinus, aut Stephanus in casu predicto immediate post obitum nostrum possint et debeant apprehendere et habere omnes denarios nostros quos reperirent in tantis ac solvere expensas exequiarumstrarum et omnia legata facta de denariis que non sunt annualia, et de resto denariorum qui restarent emere debeant imprestita et scribi facere Commissarie nostre ut per Commissarios nostros possint adimpleri que scripta sunt in presenti testamento nostro. In primis namque manifestum facimus quod decimam nostram personaliter dedimus in vita nostra et ideo non facimus mentionem quod solvatur ad mortem. Item volumus, quod corpus nostrum sepeliatur in ecclesia Sancte Marine in archa nostra ita tamen quod exequie funeris nostri fiant ad ecclesiam Sanctorum Johannis et Pauli et volumus quod die obitus nostri pro funere nostro expendatur id quod videbitur Commissariis nostris pro honore civitatis. Item volumus quod fratres scole batutorum Sancte Marie de Caritate qui se expoliaverint ad exequias sepulture nostre habeant solidos X parvorum pro quolibet pro anima nostra. Item dimittimus eidem schole batutorum Sancte Marie de Caritate ducatos quinquaginta auri dandos et distribuendos per officiales inter pauperes dicte scole. Item dimittimus plebano et presbiteris ecclesie Sancte Marine pro funere nostro ducatos V auri (3). Item dimittimus plebano et presbiteris dicte ecclesie sancte Marine omni anno et annuatim in perpetuum ducatos XV auri de prode imprestitorum nostrorum (4) hac conditione quod ipsi teneantur celebrare per unum ex eis vel celebrare facere unam missam super altare Sancte Marine pro anima nostra nostrorumque genitorum omni die exceptis diebus quibus dicta caxa Sancte Marine aperta existeret (5), quibus diebus celebrare debeant super altare Sancti Antonii, et predictas missas celebrare debeant cum paramento nostro et calice predictis missis deputato quo paramento consumpto et inveterato de novo aliud fieri debeat de bonis nostris, et calix quando opus fuerit reficiatur, et semper binis dupleriis (6) de bonis nostris ad dictas missas accendantur ad elevationem Corporis Christi. Item dimittimus schole sancte Marine omni anno et annuatim soldos XL parvorum pro dando officialibus Publicorum pro afflicto domus dicte scole, sed volumus quod officiales dicte scole qui per tempora fuerint custodire debeant banderulas nostras et eas ponere teneantur circha altare Sante Marine in festivitibus dicte ecclesie. (7) Item dimittimus domine Marine ducisse nostre omnes suas res et pannos de lana et lino et serico fulceitos ut reperti fuerint ad nostrum obitum cum maspilis argenti duplon.

(1) Cioè figlio di *Besina* sorella del Doge, e che si maritò in *Pietro Pizzamano*.

(2) Chi sia questo *Stefano socio* del Doge non saprei. Esso è nominato anche in seguito fra i legatarii. Non era patrizio certamente, ma bensì, familiare, amico di casa, giacchè non vi pone l'aggiunto di *ser* che dà al Dandolo e al Pizzamano.

(3) Era allora piovano *Nicolò Felza* (Cornaro III. 259) e v'era anche al momento della morte del Doge.

(4) In occasione delle guerre coll'imperatore di Oriente fu ordinato a' Cittadini un imprestito sforzato. Quindi ne vennero i tre *Ufficiali alla Camera degli Imprestiti* i quali dovean riscuotere le contribuzioni, e pagarne il censo, del quale censo, i Cittadini disponevano, come qui il Doge Steno, a loro beneplacito. Fu già soppresso quest'Ufficio quando venne istituito quello de' *Depositi in Zecca*.

(5) Cioè la cassa o custodia, ove sta il Corpo di Santa Marina, la quale cassa si apriva nel dì solenne della Santa, ciò che oggi si fa in Santa Maria Formosa dove fu trasportato.

(6) Doppieri, torcie.

(7) In un codicetto membranaceo del secolo XV e propriamente del 1490-1493, ch'era già della Scuola di Santa Marina ed oggi si conserva nell'Archivio di S. Maria Formosa, si legge nell'elenco degli arnesi: *Sete bandere pizole per trombe e pifari con l'arma del Doxe Misier Michiel Sten*. Era l'uso nelle processioni del Doge di attaccare queste piccole bandiere alle lunghe trombe che lo precedevano. Nella copia del secolo XVII malamente si legge *bancherulas* invece di *banderulas*.